

au^otoritate communionis nostrae fulti tres hypostases cum antiquo sensu praedicent.

Tractatus non beati Hieronymi: sed falso ei tributus: tamen pius de fidei credulitate: & conuersatione christia-
norum.

Epistola quinta.

T Vdaeos & gentiles instituit de trinitatis essentia: aeterna filii generatione: per quem creata sunt uniuersa de ordine creaturarum: de procreatione primorum parentum: & necessaria per uerbi humanitatem redemptione: & incarnationis: conuersationis: passionis resurrectionisq; mysteriis: de spiritu sancto: ac resurrectione mortuorum & immortalitate animorum edisserens. Deinde de christianorum conuersatione pertractans: diuitibus & pauperibus uiam salutis ostendit: illis per misericordiam: istis per patientiam. De sexu quoq; disputans uitos ad continentiam coniugalem: Vxores ad maritale obsequium: Vtrosq; ad piam & religiosam liberorum educationem erudit: & spe: timore: patientia: iusticia: charitate hominem christianum informat.

Quid gloriosus in psalmo sic dicit. In uniuersam terram exiuit sonus eorum: & ad terminos orbis terrae uerba eorum. Ex hoc igitur intelligi datur sono ante preparatos id est fidei principiis posse nos ad intima & perfectiora fidei peruenire: ne rudimentis uacillantibus dicatur nobis domini uoce increpatis. Si in modico fideles non fuistis: quod maius est: quis dabit uobis: sed quia uideo certam esse formam: quam egredi non licet: differentiae inter iudaeos & graecos id est gentiles: prius de differentia differamus: Iudaeis enim nihil aliud ad ueritatem fidei credendum existimo nisi Iesum christum filium dei per ipsum saluari genus israel: & baptizari etiam in nomine eius. Reliqua enim sciunt per legem & prophetas. At uero gentiles quibus uetus error est & maior est labor tali admittendi & docendi sunt ordine: & primo quidem ut ab idolis & ab omnibus uoluptatibus hominum totis praecordiis recedant: ut amputatis & euulsis radicibus malis bona possint & religiosa pectoribus seminari: Hoc est unum deum credere: ipsum timere: deinde scire q; cuncta ipse fabricauerit q; uniuersa mundi uel quae facta sunt ipso iubente & uolente & faciente constiterint. Esse corpus scripturae: qd' aut lex uocetur: aut propheta: quod haec indicet: quod quidem scriptum sit per homines & non ab omnibus. Spiritus enim dei qui omnia scit: inspirabat homines sanctos qui loquerentur: aut qui destruerent prauitatem: aut peraedificarent fidem: aut spem erigerent: aut iudicium comminarentur: aut promissa firmerent. Deinde credendum illis Iesum christum filium dei: per quem cuncta deus fecerit: & sine quo nihil est factum: quem in principio sermonem id est rationem uniuersitatis accepimus apud deum fuisse. Sic enim gloriosus euangelista Ioannes iniiciat dici. In principio erat uerbum: & uerbum erat apud deum: & deus erat uerbum: hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Deinde esse spiritum sanctum: qui cuncta quae deus per sermonem fecerit animauerit: & confirmauerit unum esse baptismum quo homines regenerentur in deo. Credendum etiam resurrectionem mortuorum in eadem carne. iudiciumq; futurum dei: quo secundum facta hominis: uel malis poenae repraesententur: uel bonorum operum destinata praemia tribuantur. Tanta est differentia conuertentium iudaeorum & credentium gentilium. Quid sit autem deus & qualis & quantus: quis & qualis filius: & quis spiritus sanctus. Tres enim unum sunt. Sane illud scire continet prudentiae uestrae nos de deo haec loqui & scire posse: quae aut ipse de se apud homines manens uoluit sciri: aut ea quae homini permisso eius licuit accedere. Non in terris illum quaerit homo: aut inter figmenta componat: ne cui similem credat. Deum enim uera fides ita semper exposuit: natum non factum: incomprehensibilem: inastimabilem: inuisibilem & impassibilem. & ideo solum uerum deum: qui quaedam negauerit: quaedam fecerit: disposuerit: ordinauerit: exornauerit: optimum: iustum: misericordem iudicem. Et ideo inexcusatus est omnis homo: qui factorum suum non cognouerit in tempore agnitionis: habiturus post exitum iudicem iustum: qui non suo tempore conuerti se putauerit: sed ex praeterito. Hoc fas est de deo credere: hoc qui crediderit: abstinens se ab omni iniusticia bona & iusta operatus: aeternam requiem habebit in uita. habentem uero filium: non statim ut homines procreati sunt: ita dicere me existimes generatum: sed ut decet de deo credere: deum filium habere ex se quidem natum: non diuersa eius substantia: nec maiestatis eius substantia diuisa: ac per hoc passibilis uideatur: nec de ore dei similem nostri sermonem esse prolatum. ut litteris & syllabis constet: ne filius dei compositus ac per hoc dissolubilis teneatur. Nec natum ex nihilo sicut reliqua facta sunt: ne similis & aequalis cum ceteris qui facti sunt iungeretur: sed sicut scit qui generauit. & ipse qui generatus est ipso domino in euangelio dicente. Nemo nouit patrem nisi filius: neq; filium quis nouit nisi pater. Item in scripturis legimus. Mysterium meum mihi: mysterium meum est mihi. Et re uera absconditum esse de generatione illa: in qua nullus interfuit: nec momentum quidem temporis. Ante saecula quidem & ante quae suspicari quis auderet: natus est filius dei quod graeca lingua αχρονος dicunt. Semper enim est filius: quia semper pater. Nefas est enim deo aliquid assignare postmodum: quod antea non habuerit: cum deus semper perfectus sit: ut etiam quod propter nos postmodum fuerit fabricatum apud illum iam fuerit: & si non in substantia: plena tamen dispositione. Non enim minus impotes erat semel omnia facere: sed ut ordinata & gradatim disposita: uniuersa pro suo gradu & honore subsequerentur: & ne passiuu & nulla inter se antiquiora inhonorificata permanerent. Nam si quae nostri causa a filio dei natiuitas suscepta est incomprehensibilis est: non nudata mortalibus: quanto magis illa quae nulli nisi deo patri & sibi soli est cognita: Nam Gabriel angelus ad Mariam ita loquitur: sicut euangelista testatur. Spiritus sanctus superueniet in te: & uirtus altissimi obumbrabit tibi: Quod obumbratur: absconditur: nec omnibus notum est. Ergo si haec natiuitas quae nostri causa est deposita: nobis incognita est: quanto magis illa quae a nobis longe remota est: & quid dico a nobis & non ab omni caelesti creatura: Sufficit ergo hoc quod uidimus: quod diuinitas nos se nos uoluit. Nec ultra cognitio porrigenda est: ne sacrilegus unusquisq; teneatur: quia concessos terminos

fuerit cognitionis egressus. Christū igitur accipimus dei filium ab initio sapientiā ueram: sermonē idest ratio-
nem spiritū: lucem: uia: brachiū: uirtutē: fortitudinē: ueritatē: panē: uinū: uitā: ostiū: pastorē: & alia plurima quæ
propter homines sunt ut omnes in illo uiuant: quæ unusquisq; processu tēporis scriptura edocente perdiscet.
Si igitur dei filium cognitū confitemur: per ipsum deū patrē scimus & sæcula & uisibilia & inuisibilia condidit
se. Non enim fas est ex eo deū operatū credere: ex quo mundus genituræ suæ idest natiuitatis initiū sūpsit. aut
cessasse & desisse credendū est post mundi fabricā: cum deus loquatur & dicat. Pater meus usq; nunc operatur:
ocium illi uel antea uel postmodū filius amouet: requiem ille assignet quisquis illū ifatigabilem nescit. & igno-
rat q; illi nihil acciderit: sed semper sit quod græca lingua αλεθμενον idest non indigentē uocant: sit semp spi-
ritus & in omni perfectus. Est igitur plurima quæ per filium fecerit: quorū aut sola nobis sunt nomina: aut nec
ipsa sunt cognita. Quanti enim sunt throni: quante potestates: quante dominationes: quanti principatus: q;
ti spiritus: quanti angeli: Quot sunt illa quæ nec oculus uidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascenderūt.
Quantā etiā claritatē putamus esse in inuisibilibus: Nec æstimare possumus: cum in his quæ nobiscū sunt ad
miranda sint omnia. Inter omnia enim etiā mundus quē conspicimus per filiū fabricatus est: & quidē lucē qua
cætera fierent perspicuā esse iussit: & fecit cui diei nomen iposuit: tenebris noctis addidit nomen. Deinde firma-
mentū quod inter aquas depauseret ostendit quod cælum uoluit nūcupari: ne ue terrena uisu cælestibus misce-
rentur: sed esset quod inter humana & diuina discerneret. Iā enim ex nihilo materias ipsas ex quibus omnia fie-
rent elementa condiderat: post hoc aquas in unū congregari & conuenire precepit: ut arida mōstraretur. Hæc
quoq; non sunt priuata noibus. Nā cōgregatas aquas uocauit mare: separatā aridā terrā uocabulū uoluit pos-
sidere. Sed hæc minus instructa uidebantur. Benignā itaq; fecunditatē his addidit & decorē: & miro modo il-
lam primo generare picipiens: quæ nouissime fuerat fabricata: non ordinē turbans: ut ignarus facturæ suæ: sed
uoluit postremū primū habere aliquid: ne in oibus iaceret extrema & primis secunda coniunxit: ne prima infe-
riora contenerent. Sic dei filius deus artifex patre iubente moderatus est: ut ordinē imitando dispositionē me-
lius ordinaret. Nā terrā omnia pabula ligna quoq; cū suis radiuuis seminibus iperauit educere. Cælum quo-
q; luminaribus: idest sole & luna & stellis ornauit: quibus aut diei aut noctis fines ostēderet: aut signis rusticos
& nauticos erudiret. Maria quoq; inclusa in terræ limitibus sua aialia procreare mandauit. Antea uidelicet ip-
sas materias animauerat: ut nascentibus postmodū aiantibus: animas cōmodarent. Sed quo fecundiorē face-
rent terram post pabula: post ligna fructifera: post uniuersa semina quadrupedū genus ferarū: & serpentū ui-
ua omnia & animata iussit eicere. Nec mora in his omnibus. Quippe quæ deus pater iusserat: filius uirtus ip-
sa sine recastinatione iperū capessēbat: nā cū iussione & opus astabat. Sed quoniā multū intererat: cælestibus
sub sæculari terrena & post diuina longe humana deerant: hoīem fecit: qui non totus esset de cælo: nec tamē de
terra totus ite: nasceretur. Quippe corpus hoīs ex limo terræ formauit: spiritū concessurus de cælo. Et cū oia
iussione patris sermone obsequente perfecta sint in hoīs functione: & ipse pater fabricator accessit. ut ad imor-
talitatē non præscriberet terrā: si mortales manus constituerent hūm mres. Concessit etiā ut homo dei imagi-
nē portaret in terris: daturus postmodū similitudinē: si imago seruaretur illesa. Ad imaginē uero dei nō putes
esse formā hanc hoīs exteriorē factā: Absit. Quis enim credat deū ad cuius imaginē factus est homo: habere
aliquā partē quæ non audiat: Quæ non quæ sunt undiq; uideat: Quæ nō omnia operetur: Hoīs enim exte-
rior forma: non undiq; uidet: non undiq; audit: nō undiq; potens est: Deus autem totus potens: totus lux: totus
oculus: totus auris: totus manus est potentissima: ergo mentiuntur scripturæ: Absit: sed est in hoīe quiddā inte-
rius: q; homo quidē & ipsū uocetur: apostolus Paulus nos instruit dicens: Et si exterior noster homo corrupit:
sed interior quotidie renouatur. Hic est ad imaginē dei factus. quē uoūv idest mentē uocamus: qui deo possit
similis esse tunc quidē dū ipassibilis dum inconcussus: dū beatus & sanctus: & sine fine fuerit cōprobat. libe-
quoq; arbitriū & capacē aium dedit: non sine lege uiuendi. ne uagus & solutus a lege aiantibus oibus æquaret
addita cōminatione post legē: ut si seruaret legē: in æternitatem uiueret. si nō seruaret: mortē sibi pararet: amit-
teret & salutē. Est autē hominis facti nomen Adā. Sed quia in omnibus animalibus ad procreationē sexus uter-
q; processerat: homni quoq; prouisū est: ut et ipsi propter generationē mulier pararetur. et facta est sicuti scri-
ptura testatur. eaq; Eua nomen accepit. quā æquæ legis prescriptio nec a mercede nec a supplicio separabat.
Sed postq; uniuersa deus per sermonem suū idest filiū: pfecta ac exornata uidisset: oia quæ cū hoīe erāt: ipsius
tradidit potestati. Cui cū oia mundi cōspiceret mancipata: unus est angelis in pernitiē magis suā: hoī miseran-
dus iuidit. Nā cū esset ipsis nō peccare libe- & licitū: si iussa dei seruarent: i beatitudie pmanere: dei legē & iussa
per mulierē transgredi persuasit. ut homo reus fieret mandatorū dei: & in sētentiā caderet. Eiectus est igitur in
hunc mūdū. Nā in paradiso dū sine peccato fuisset: habitabat: sed quia post trāsgressionē hoīs generauerit: uni-
uersū hoīum gēus secū ad mortē usq; pduxit. nō de futuris tamē bonis uel iustis: quādoquidē libe- erat & post
modū nō delinquere: & deus nō cessabat quotidie cōmonere. Tūc diuina bonitas & paterna pietas larga: multi-
pliciter hoī pvidebat. Et primo quidē piustos patriarchas. deinde p Moysē & pphetas: sed oēs hi in Adā mo-
riebantur. In nouissimis uero tpibus: ne in totū diabolus triūpharet (nā hoc illi nomē est postq; hoī inuidit) &
ne homo post tēpora dānatiōis ipleta. cōtra misericordiā dei diu teneretur in pœna: salutē quā sola miseratiōe
megebatur: accepit. deus nāq; pater oipotens: filiū suum Iesum christū deū ac dominū nostrū misit: per quem
cuncta condiderat. nec hoc quidem sine illo fieri posset. Nec tamē quisq; idoneus erat qui hoīem patienter tol-
lerare posset aut nosset. Aut potestates huius mūdi & harū tenebrarū: quisq; poterat supare: aut mortē uincere:
inferna reserare: uirtute potestati peccati eradicare penitus & delere: nisi filius dei q; in factura hoīs particeps
cū patre

et cum patre fuit: qui & se posset in hoie calare: & ho cum deo mixtus uirtutes perficere: p hunc eni deletis nostroru cyrographis peccatoru: ad deu patre parati de dei filii facti possemus accedere. Mittitur igitur dei filius: & homine latenter intrauit: no quo metueret quenq qui erat oium dominus: sed ne diabolus ad hoie qui deo mixtus erat: timere accedere & minus prostratus diabolus ab hoie uideretur: si sine accessu & certamine uinceretur. Ex uirgine igitur spiritu domini supueniente: & uirtute altissimi obubrant: secundum hoie Christi natiuitas celebrata est: & oes transegit aetates: ut oes ferre discerent deu. Hac oia etiā a lege & a prophetis ante sunt predicta ut mira oibus incredula no fierent subitatioe: & preteriti hoies quibus hac his oculis uidere non contigit: sperarent q sine dubio in aduetu eius qui predicabat: a contagio possent aeternae mortis euadere. Si igitur in terris uisus deus tantus & talis filius dei: qtu uel quale illu humanitas posset aspicere: Na qui in monte exemplū maiestatis & bonitatis suae tribuens exhibuit apostolis: cu claritas eius splendificaret ita: ut & uirtute solis precessisse crederetur: ueste aut ita gestaret: ut niue candidior uideretur: & tamē iā cruditi: iam docti: iam facti claritate no potuerunt Iesu sustinere discipuli: eius scilicet qui uniuersoru hoium uitia ac peccata adhuc curada susceperat. Quod si deus tantus uenisset: ut claritate sua & potestate hoibus ostenderet: forsitan ois creatura inualida & caesura succuberet: sed saluare uenerat filius dei. Ita humano sumpto corpore deus i ptae docebat ut magis: psuadebat ut frater: efficiebat ut deus: eligebat ut prescius: curabat ut medicus: ut humanus compatiabatur: & iā patris oibus ac impletis: quae aut lex aut pphetāe predixerant: aut salus hois exigebat i nouissimo pro morte hois immortalis moriebatur: ut sublata mortalitate hoibus immortalitatem donaret. Suspensus igitur ligno: populo iudaico proclamante: apud quos tanta magnalia perfecerat: ut in eo ois inuidia diaboli uinceretur: in quo inuidus hoie se fellerat inimicus: ad mortē properabat: futurus scilicet mortis mors: naq referatis inferis & spretis: circumcalcatisq oibus iis: quae in pernicie hois & apud inferos tunc ualebant: oes iustos & sperantes i se illuminauit & ad superos reuocauit. ostēdens diabolo & ptatibus huius mundi: & hae tenebrae nequitiae eorū inualuisse: ipsos manere in poenis: liberato cui inuidebant hoie. Triūphans igitur ho cu deo: iā de uicta morte non mortalis iā ad superos euadebat. Sic ergo dominus nri Iesus christus patiebat: ut resurgeret: surgebat: quia iā fuerat passus: hoc scilicet docēs: qā cu deo quisquis se coiunxerit: mori uideri no potest. Videre parū tamē ad suppliciu inimicorū factū: si extinctā in inimico uitā hoī dedisset: nisi adderet claritate. Et ut diabolo & eius angelis poena maior accederet: cu triumpho hoie qui carnē habebat iā no moriturā in caelum angelis & ptatibus factis monstraturus inuexit deo patri liberatū hoie offerens munus: mox pro se uicariū dimisit spūm sanctū: quē discipulis proximus passioni promiserat: ut hoibus credentibus & auxilio esset & sanctificationi. hic ordo credulitatis nrae de christo. Sed quia iā mentionē fecimus spiritus sancti: dicemus credendū esse in spūm sanctū: p quē uniuersaq postmodū fierēt: & ispiraret & sanctificaret suae esse substantia: tamē tres unū sūt pater filius & spiritus sanctus. Deinde credendū unū esse baptismū: quo hoies purificati & dei filii facti: in fide consignent. quo uniuersa uel natiuitatis uel erroris ueteris hois delicta purgant. In quo no corpore deponunt sordes: sed conscia pura interrogatio bona est in deū de resurrectione domini nri Iesu christi. Post hac ordo exigit credere resurrectionē mortuorū in eadē carne. Costat eni nec fas est aliud dicere: quia deus & sapiēs & prescius sit meliusq elegerit ut sapiens & prescius factū hoie aeternū esse q no esse: Quod si melius non esset in cōpendio habuerat ante q fecisset. Quod aut aeternus sit ho: qui sit ex corpore & aia: scripturae plurimis in locis docēt nos: sed pauca ad exemplū ponā. Salomon clamat dicens. Deus cōdidit hoie ad immortalitatem. Nec immerito in Genesi prohibetur post peccatum homo ad arborem uitae accedere ne uiueret in aeternum. Vtiq; ut immortalis perseveraretur homo: quid erat nisi quia immortalis a deo factus fuerat: & immortalitatem corpus no capiebat. Sed credo hoc mouere lectorem: q ho a uitae ligno prohibeat a deo: ignorans & in hoc hoie esse prouisum. Iā eni erat in transgressionē: & a peccato possidebatur. Ante ergo hanc mortē quae a deo p remedio hoibus attributa est: ex qua p separationē corporis & aia sit finis: & euulsio peccati: si ad arborem uitae accessisset: quia necesse fuerat cōcagatione uite fieri aeternū: in immortalis hoie necesse erat perpetuū pmanere peccatū. Ergo & hoc cōsulte & utiliter hoī prouisū est: ut peccato amputato interuētū tēperatae dissolutionis: uera factura dei excluso malo excidetur in uitae: ergo semp est ho. Sed cur morimur in hoc mūdo? Superius cōprehēsa est rō: no interire hoie sed separati. nec absumi materias: ex quibus hoium corpus est fabricatū. sed ad resurrectionis diē ut timeat dei iudiciū referuari. fas enim no est ut aliquid desit deo nos iudicāti: cu certū sit dei iudiciū post finē huius aui destinatū. Na hoc quoq; insinuandū est: & expurgari necesse est totū hoie: quoniā oes aut in uirtute inueniuntur esse aut in crimine. & hoc cōpetit: ut remunerentur qui bene gesserunt secundū uoluntatē eius. & mali aeternis suppliciis destinentur. Vnde nos appetimus precepta legitima: & uitamus aduersa. ut obsequentes praemia cōsequamur. Contennentibus enim deus mortem cōminatur & poenam: hac oibus insinuāda: & ab omnibus credenda existimo. Nunc ergo de persona tractemus. In persona duo sunt obtinenda: pauper & diues. Et diuitibus quidem huius mundi praecipendum est: non alta sapere. neq; sperare in incerto diuitiarum suarum: sed in deo uiuo: qui prestat nobis abundanter omnia: ad factum boni operis diuites esse: sed in bonis factis cōmunicatores esse: thesaurizare sibi bonum in futurum. ut apprehendat eam quae bona est uita. Deinde scire debent no ideo acceptas esse & haberi diuitias: ut his solis beatitudinem se habere confidant: & male utantur bonis. & ne despiciant pauperes. ne ue ministerium malitia: aut instrumentum diuitias libidinis computent aut propter se sibi traditas: aut se nunq illas amissuros existiment. Postremo sciant dispensatores gratiae dei se esse constitutos a deo: ut & in distributione uoluntas certa eorum uel bona uel praua noscatur: & sciant magis sibi accessisse per abundantiam: nisi sapientes fuerint tentamenta potiora. discant erogare diuitias: sed ad comparationem immor

Substantia

Magnalia

quae

illud

talitatis distribuant facultates: ut sint similes deo: misericordes non profusi ac prodigi rei dominicæ iudicentur, & fidenter quidē hoc agant: & cū humilitate. Ait enim Paulus apostolus qui fidenter seminat: fidenter & metet. Et iterum hylarē datorē diligit deus. Non existiment finiri posse: quia uniuersū operis contēplatione præceptorū dei deprehenditur. Cū & ab ipso acceptæ sint & necessariae. & ea utiliter augere & ministrare consuevit. Vnde enim temporalia deesse possunt: cū propter ipsa si bene prerogerent: æterna promissa sint & parata. Veritas loquitur quæ est Christus dicēs. Qui dimiserit propter me domū aut uillā aut parētes: aut reliqua centuplū accipiet in isto sæculo: in futuro autē uitā æternā. Et si hoc quidā tēpore p̄secutionis ascribūt: ego autē sic audio dominū n̄m monentē quod propter se quolibet tēpore ad quodcūq; opus sanctū fuerit præceptū eius impletum: nobis ad futurū præmiū destinātū. Ne uero simus solliciti: quia curā deus p̄ nobis. Clamat p̄pheta dicēs: & pauperem & diuitē ego feci: & p̄ oībus æqualis cura est mihi. Curā gerit deus. & quis metuit ne eius minuat̄ur p̄monium: unde deo iubente prerogatur. Timeamus magis: ne si trepidi & steriles & infideles fuerimus in bonis opibus: egeni atq; inopes iudicemur. Timeamus potius impleri tristitia: quia & de huiusmodi diuitibus: in euangeliū in unius licet p̄sona: ad exēplum tamē retulit dicēs. Abiit autē cū audisset cōtristatus: quia fuit h̄ns facultates multas. Non timeat: ne difficile regna ingrediat̄ cælorū. Sit imo humilis: sit largus: ut beator ex hoc iudicetur: si nec in isto sæculo: nec in futuro sentiat egestatē: det pauperi ut deū faceret: deū computet debitorē: sciat præpositā esse misericordiā sacrificiis dicente domino. beati misericordes: quoniam ipsi misericordiā cōsequuntur. gloriā consecuturi & requiē. Sed in iis diuitiis in quibus alii & corrupti & deperditū iudicant: iste fructus iusticiæ ac misericordiæ accipiat coronā: pauper uero ita consolandus est: uti sciat in paupertate considerāda magna sibi bona esse: & primo quidē quod a deo utiliter sit sibi prouisū. p̄sciu deum infirmitatē eius cōsiderasse: & scisse quod diuitiarū sarcinā: et sollicitudinē ferre nō posset: deinde sentiat q̄tas tentationes. & q̄ta pericula trāsierit noiē paupertatis. nā & si affluentia deest: quæ frequenter uirtuti contraria est: ad ai tamen diuitias q̄totius sine impedimento in paupertate trāsitur. Certe quibus malis caruerit: consideret: caret inuidia: æmulatione: insidiis: dolo: supbia: contentione & his quæ hōi in hoc sæculo diuitiarū solent conflare. luxu enim rerū: & ubertate copiarū aīus soluitur. uigor mentis infrigitur: uirtus corporis eneruatur. At in paupertate nō lasciuia sunt cōuiuia. nō turpes potationes: oīa sobria: oīa rigida: omnia humilia non abiecta. quoniam cōscia pura et uirtute sunt plena. non enim abūdans est extraneis facultatibus: sed iustus est. non facile ad diuitias animi: id est uirtutes huius mundi diues accedit. Filius enim dei qui difficiliter ait diuitem introire in regnum cælorū: utiq; intelligi pauperem facilius. Nec se ob paupertatē alienū esse a cura dei existimet. Nam propheta testatur dicēs: et pauperē et diuitē ego feci. et pro oībus æqualis cura ē mihi. Non est enim deus personarū acceptor. nec pro illo se curā p̄fitetur gerere tantū qui in sæculo diuitiis pollet: sed pro omnibus et pro pauperibus curā sustinet: remuneraturus quē inuenerit aut in diuitiis humilē: aut in paupertate patientē. distributio est ueluti totius corporis humāi ministerium: quærat singulorū memborū officia: consideret hōis corpus esse unum quidē corpus sed plurima mēbra. nunquid omnia sunt aut oculus aut pes aut reliqua membra? Sed sicut ait Paulus doctor gentium: in fide et ueritate quæ inferiora sunt membra: maiorem his tribuimus honorē. Et quæadmodum uirtus singulorū mēborū in suo ordine atq; officio demonstratur: ita in totius generis humani corpori ueluti membra paupertas & diuitiarū collocantur. Et pauperis patientia: & diuitis humanitas dei examine cōprobantur. Exultare debet pauper & deo gratias agere: quia multis p̄monii nexibus liberatus est: in die probationis non grauatur cōpedibus: facilius liber sequitur dominū nullis nexibus implicatus. non desit etiā ab ipso inquantū potest misericordia iusta in egenos. quia sicut iustus efficitur de sua frugalitate inferioribus & non habentibus prerogator. non ueret ne ipse deficiat: cū in usu sanctæ ministracionis habeat promptissimā uoluntatē: nihil ei deerit quē per prophetā spiritus corroborat. Nō occidit deus aīam iusti fame. Et dominus in euangelio. Quærite primū regnū dei: & oīa hæc apponentur uobis. Nō cupiat diues in hoc sæculo fieri: ne mala plurima sibi acquirat: dicente & monente glorioso Paulo. h̄ntes igitur uictū & uestitum his contenti simus. Qui autē uolunt diuites fieri: incidunt in tentationē: & in multisculā: & desideria multa: quæ mergunt hōies in perditionē. imo si uera fide & propter salutē credere optant: cælestes sibi diuitias cooptent & cōparent: quas unusquisq; iusticiæ & misericordiæ & reliquis bonis actibus cōparat et assumit. Tēporalibus æterna sunt preponēda: caducis stabilia: sollicitis securiora: periculosis libera: honorificis clariora: his monitis et diues temperetur: et pauper subleuetur. Nūc iā de sexu loquamur. Sexus ille est masculus et fœmina id est uir et mulier. et uir quidem postea: quæ supra cōprehendimus ad institutionē uitæ melioris etiā illud debet cum oībus custodire: ut uxorē suā diligat sicut Christus ecclesiam: ut omni genere unanimi et concordēs rite possint deum de omnibus depræcari: leuantes manus puras sine ira et disceptatiōe: sed omnia fiant ad ædificationē & instructionē deificā. Deinde coniunctionis uinculū pudice & cū oī castitate generent & tunc conueniant: quādo uel generationis est contemplatio: aut orationis nō reuocat tēpus. Orationem autē illam computo: quæ omni sacramentorū mysterio atq; communicatione celebratur. Cæterum est depræcatio & adoratio: ex homiologesis & interpellatio est & uotum: quæ omnia sua habent tempora. Virum igitur decet intacto capite orare: non comatū: quia confusio est uiro: incessu esse simplicem: non iactatum: non fucatum: ut non solum uideatur uerbo credidisse: sed & cæteris uitæ suæ speciē prestet. Viro enim omni competit sacerdotare deo & ideo debet tam in cathecismo q̄ etiā in laica uita conuersationem suam mundissimam exhibere. ut & si ipse munere & officio sacerdotali non fungatur. uitæ tamen similitudine sacerdotibus coæquetur. At uero mulier discat obsequi uiro: etiā dominū illū uocans. & quidē omnes uiros reuereatur: suo tantū seruiat. quia omnis mulieris caput uir: sciat et hæc caste uiuere cum uiro suo: quod et ille omnibus modis faciat ita: ut nullā aliam

Bona paupertatis.

aliam præter uxorem nouerit. Noscere etiam debet tempora conuentionis: & abstinere a coniunctione: uel cū tēpus est orationis: uel cū muliebria patitur: uel cū post partū intra tpa purgationis se esse cognouerit. Non enim ad ipudicitiam matrimoniū copulauit deus: sed ut generationi preberet obsequiū. Discat filios educare pie: uel recunda esse nō litigiosa: non uinolenta: nō superba uiro: tāetsi patrimonio maior uideatur. Sit & in incellu pudica: non fucata forma: procedere nō studeat cū capilloꝝ crispationibus: aut circumdata auro aut ueste preciosa: sed ut decet fœminas christianas: promittentes castitatē non tantū uerbis: sed & per bonā conuersationē. Sci at se tacere debere in ecclesia: loqui enim ibi illi nō est congruū. debere obsequi nō tantū maioribus natu & sacerdotibus: uerū etiā oibus fratribus. neq; se ulli præponere uiro contēplatione sexus: quoniā & cū oia legitima præcepta perfecerit: in uirū consumabitur perfectū. imo appetat uirtutē consecuturā gloriā: sexus infirmitate nō tardante: sanctitatē & uirtutē animi: & oī continentia & passione deuota uiris iustissimis coæquetur. Iā aetātū sermo habeatur in manibus. Et primo quidē arbitror infantia differēdā doctrina. quæ qualitate uel tpe uel aetatis: uerbū doctoris non pōt sustinere. Sed quibus oibus beneficio aetatis in malitiā & inocentiā naturalē dari præcepta non possunt. in hoꝝ tamē admonitionē parentes sunt constringendi. quanq̄ accedere aetate ecclesia non deerit: nec cessabit admonendo. Pueris tamen illud insinuandū: primo ut nullo audiēdi desint tpe: quia nec semel possint oia pdoceri. Deinde innocentia simplicitate cōiungant: ne pueritiā in malitiæ pseueratione continuent. custodiendū quoq; & obseruandū: ne in cæteris aetatibus corrūpatur. Hi sciāt sibi fore gloriosū: si naturali bonitati fidei quoq; bonū: & deificū munus adiungant. ut semp boni: semp sancti: semp inocentes: semper in dei opera & naturæ traditione credulitatis pseuerent. Considerandū illis est: ut casti & pudici pmaneat & frequentius ad ecclesia sciāt cōuenire debere. quia frequētius sunt armādi: qbus adhuc propter aetate minus stabilē: pugna diaboli futura sit grauior. Obseruāda illis oia cū timore. & ante omnes cauendū a fornicatiōe: quæ initium ad idolatriam habet. & necesse est: ut utrūq; nouerit qui secutus est alterum. Ergo quō credere intelligitur: & desuisse a gentibus: si ea quæ gentiles designant: recolit. Sane obsequentes sint non solū parentibus sed & oibus aetate maioribus. si tamē eorū monita & oratio: nihil legitimis affert impedimēti. deum se habere computēt patrem. Illius sperare debēt hæreditatem: quæ nō in tēporalibus constat: sed in aeternis. quoniam si deus illis utile esse preuiderit: etiam temporalia præstabit: maxime cum uiderit unumquēq; aeterna scētari: filio eius domino nostro dicente: primum quærite regnum dei: & omnia hæc apponētur uobis. Vnde nulli dubium fore credo: his copiam necessariarū rerum in terris non defuturam: quibus cælestia preparātur. Ergo quia hæc a deo speranda sunt: nulli alii est obsequendum. imo omnibus obsequendum: quia deus uult: non quia ab ipsis temporalis sperari debet aliquid premii: sed quia nos dei ecclesia etiam in his legitima implere intendimus. Postremo gratulandum est his in primo exordio liberi arbitrii: si ad deum accesserint. utpote oēm aetate suam bono fidei comparantes: q non consumpta aetate in errore: quod etiam postmodū dolerent. sed q adhuc pueri & inocentes ad dei nō tantū ueniam: quantū ad gratiam accessissent consequendā. Iuuenes uero hoc sunt admonendi modo: ut si uxores habeant: doceantur caste uiuere cum uxoribus suis: alienam sciāt sceleratū esse cōtingere. In hoc enim dabit experimentū & documentum renunciasse se ueræ uitæ preteritæ: si postq̄ crediderit: in melius uitæ sit facta reformatio. Tunc enim desinit esse gentilis: & esse inicit christianus: si uniuersa legis caute custodiens: castū se exhibeat & pudicū. Si uero uxores nō habent constringendi sunt ut aut habeant: aut omnino se cōtineant. ne putent sibi eadē licere: quæ gerebant antea. Renunciasse se debent scire diabolo: non uerbis sed factis: Admoneantur & sciāt interdīctam esse fornicationē & adulteriū. nullā fœminā licere contingere excepta uxore. & ipsa deifice cōparatā. Itaq; aut illis ducenda est uxor: aut conseruanda continētia. Sane ne terrii fidem differant: sciāt malū esse propter imundiciam non credere. deterius esse impudicos postq̄ crediderint i uentri. & hos homines monendos esse existimo: ut omnibus propter deū obsequantur. Domū suā bene regere discant. si filios habeant: piæ eos tractent: & instruant rebus deificis. Hæc enim sunt signa fidei nostræ. si non solum crediderimus: uerum etiam aliis quæ credimus tradiderimus. Considerandū iuuenibus: ut in omnibus bonis factis aetate suā superent. aīoq; & uirtute fortes: & apud interiorē hoīem iuuenes deo iudice collocētur. Gratulandū etiā iis qui nō oī aetate cōsumpta: sed in ipso aetātū calore: et in ipsa adolescentia flagitiōꝝ diabolo et imundis factis renunciauerint. ut renouati exhibeant se deo pueros in malitiā. in tentationibus iuuenes: in consiliis et cogitationibus suis senes et graues milites Christi. Sciāt se in pace debere esse sollicitos: et in persecutione fortissimos. Ita nomen militiæ dedisse. et donatiua sic se stipendia sperare uitæ aeternæ: ut præter quotidiana pacis certamina: quæ contra diabolū cui renunciauimus gerimus: persecutionis pugnam & prælia cogitemus non corporis supplicia metuenda: sed considerata promissa. Captiuitas potius et sub hoste aeterno seruitus: et exilium cælestis patriæ: et dei iudicium: et insultatio inimici et mors aeterna: et aeterna tormenta ptimescēda sunt. Consideremus nos omnes esse mortales. et necesse esse nos mori. et q̄ gloriosū et predicādū sit: q id quod necesse est pati: expugnetur in gloria. Aptandus est omnis sermo ad destructionem idolatriæ: & martyrii corona laudanda: & omnisarie ad expugnandū hostē: & ad eius iacula repellenda miles Christi munitus incedat. Is cui euangelizatur: interrogetur quid agat similes est uel officialis. an iudex: rusticus an urbanus. negociator aut agricola. uel opifex: uel in quo actu uitam & conseruationem suam instituerit ut ex hoc allocutio non desit. In eo enim maxime quis peccat: in quo quotidie uiuit. Moneatur igitur miles: ne concutiat: officialis ne calumnietur: iudex ut moderetur: rusticus ut non murmuret: urbanus ut non subdolos & circumsriptor sit: & ne in rebus malis suum exerceat ingenium. negociator ut empta non peiores. agricola ut annonā non capter. opifex ut non illudat uel fallat. Est autem fides ut desinit apostolus Paulus: substantia rerum quas speramus: & iu

de rerum quas non uidemus. Credere & uidere quis non debet: quia ea quae deus promisit potens sit ut promissa sunt facillime praeuenire. Haec nobis inuisibilia ante oculos ponit: ad hanc ingressi & diaboli & potestatum huius mundi: & harum tenebrarum uniuersa deserimus: & deo cum fiducia proximamus. Credere enim & sperare necesse est: quae deus iussit. Cumque ea quae diabolus inseruerit: abnegamus fidem spes sequitur. Itaque de ipsa loquamur. Est igitur spes expectatio rerum omnium quas in fide habemus: per quam saluamur. Paulo scribente apostolo. Spe enim saluati sumus. Spes autem quae uidetur non est spes. quod autem uidet quis: quid sperat? Si autem quod non uidemus speramus per patientiam expectamus. haec in se habet timorem. non illum dico cuius obliuisci: & quae foras debet mittere quisquis in fide uiuit: sed qui est unus de spiritibus: quibus repletur Iesus sicut Esaias testatur. Exiet uirga de radice iesse: & flos de radice eius ascendet: & requiescet super eum spiritus domini: spiritus sapientiae & intellectus: spiritus consilii & fortitudinis: spiritus scientiae & pietatis: & replebit illum spiritibus timoris domini. illum spiritum quem Dauid canit dicens. Timete dominum iusti eius. unde & beati efficiuntur: eodem protestante & dicente. Beatus uir qui timet dominum. illum timorem dicit: qui castus est & pudicus. Quoniam timor castus inquit Dauid permanet in saeculum saeculi. Ergo duplex etiam timor est. Et unus appetendus est: & alius fugiendus. Est igitur timor appetendus admonitio & custodia rerum omnium quas credimus & speramus. Timemus enim iudicium: quia speramus & metuemus dominum. quia forte illum iudicem credimus. Sed quoniam castus timor est dei: & est castitas species continentiae. de continentia et eius uirtutibus nunc uidetur tractandum: Est autem continentia appetitus omnium rerum malarum refrenatio. malarum addunt dicentes definitionem istam communem esse in rebus bonis et malis. Nam qui se a bonis retinet: non est bene continens. sed a malis recte. Sed in omnibus sane preceptis duplex consideratio et doctrina esse debet. et hoc retinendum et obseruandum in caeteris arbitror. unde cum unam partem tractaueris: contrariam noueris: et ita rerum ipsarum institutio exigit. ut cum alteram partem tenueris: alteram necesse est ut deseras. Malorum sane substantiam ab initio esse comperimus. quippe inobedientia iuxta bonum malum est: et his scilicet qui nusquam sunt male comparantes boni tutela seruatur. Continentia igitur docenda est: et tenenda in malis rebus. In bonis autem auiditas eius exigenda est. Quod Dauid pronunciat et docet dicens. Beatus uir qui timet dominum: in preceptis eius cupit nimis. Item continentem esse debere in malis: et appetentem bonorum in alio premonet psalmo sic dicens. Contine linguam tuam a malo: et labia tua ne loquantur insidiosa. Euita a malo: et fac bonum quare pacem et consequere eam. Placet etiam de continentibus conferre. Multos enim ut deo iuxta coniunctionem conjugalem continentes tantummodo: qua contemplatione deus iudicat conscientiam singulorum: et in reliquis continentiae partibus omnibus gentilibus esse deterrimos. Si enim consideras quam plures illorum & iracundi sunt & ebriosi & procaces et superbi: et ex forma ueluti continentiae magis inflati: percussiores: maledici: cupidi: tumidi: multum sibi placentes: et magis iudices: illam ipsam quam se preferunt habere continentiam: fomitem et famam et materiam magis subministrasse incontinentiae. Cum utique haec primo seruanda sint in quibus quotidie comprehendimur. et tunc magis in omnibus aliis uitiis uirtus continentiae retinenda. et ad consumationem non coniunctio respuenda. sed pudicitia preponenda est. Nam cum apostolus Paulus ecclesias moneret. non in formem mandauit continentiam: sed in quibus appetenda & inuenienda sit: sic mouit dicens: ut sit inquit sancta corpore et spiritu: diffiniens non esse continentem qui non utraque parte continetissimus fuerit comprobatus. ut magis plurimas sic flagrare cupiditates: sicut exitus docet: & uniuersa genera peccatorum peti uelint. uel quilibet ecclesiae sententiam sustinere. quam a familiari conuersatione discedere: nescientes deum dixisse de talibus. Quicumque respexit mulierem ad concupiscendum eam: iam moechatus est eam in corde suo. Non possunt huiusmodi excusare culpam suam: quia non ad concupiscentiam oculos suos porrexerint. quando sub uno et simul cubant lecto: aut in uno dormiunt lecto. Unde & reprehensi spiritaliter hoc agere profitentur: adicietes extraneis nomina affectuum uel pietatis: sane quoniam & diaboli substantiam accipimus spiritalem: debet addi: sed nequitiae & malitiae spiritualis: adeo propter scandalum ecclesiae & ruinam: cum a se nec persuasione: nec interdicto maiorum natu: nec metu praesentis sententiae: uel futuri iudicii diuelli possint: cum fortissimos etiam quos legitime copulauerunt nuptiae: leue iurgium separet. Quid hoc mali est: quae male indiuidua charitas. ut alienae consanguinitatis affectus separari non possint. Turpe est dicere. quod illos non pudeat facere. Certe uel ab osculo non sunt immunes. quod est pignus & ara serpentis: Sane cum increpaueris: mox haec proferunt uerba: posse integritatem corporis sui comprobari: cum ab ipsis prius mentis requiratur integritas. quam nec etiam corpore omnino possint examinari. Non enim conscientiae latebras hominibus scire: aut nudare permissum est dicente scriptura: homo in facie uidet: deus autem in corde: deus solus intima & secreta circumspicit: sed manifesta est uox domini monentis: a fructibus eorum cognoscetis eos. Si consideretis qualis eorum aspectus: quam torua fronte: quam inuerecunda respiciunt: quantum audaciae in multis magis quam constantiae gerunt: Impudicus in quibusdam cultus est: & affectatus incessus professione iactantiae: & ad hoc huiusmodi professionis ueluti deuotio procedit: ut propter nomen quod solum portant uirginitatis: appetibiles fiant. Inde est quod se iudicant cum se exalare debuerint: deo exhibentes tantummodo obsequium suum: quo remunerationem pudicitiae expectat & sperat: congressi ad limina domus dei: ad orationis horam intecto capite iniiciantur. Interpretantes apostolum conuidentibus corruptoribus suis: de mulieribus maritatis non de uirginibus statuisse: nescientes quia ubique masculos cuiuslibet aetatis uiros nominet: omnes foemias mulieris appellatione designet. Scio me excessum fecisse a proposito tractatu continentiae: sed necessario ut deinceps omnes

Spes

Timor

Continentia

Osculum

omnes homines cuiuslibet sexus plena conscientia sciant: & a quibus se abstineant: & quæ debeant custodire. Aut si in una specie & quolibet genere continentia fuerit observator: nec ad alias uelit monitus accedere: nõ se iactet in numero esse continentium: ne & ipsam partem in qua sibi plaudebat: obstinatione uideatur amittere. Ergo qui ad continentiam docetur: & uult accedere nõ in corpore: aut in una parte corporis: tantummodo debet continentiam quærere: sed in toto animi motu continentia debet observationes agnoscere. Nam qui iracundiam retinet is magis est continens: quã qui linguam a conuicio: a maledicto: a detractio: a mendacio: a periurio & a cæteris linguæ malis abstinet. Is uero est cõtinens qui uniuersa officia membrorum a malis affectibus subtrahit: qui ipsum denique cogitatum a tota nequitia cõspicit: & omni denegat iniquitatis: is plenus est continens & illum non cum hominibus comparo: sed cum angelis sanctis simillimum recognosco. Nunc iam uobis de patientia: & de eius bonis loquendum est. Est igitur patientia omnium iniuriarum & passionum tolerantia: & de spectionum atque expectationum omnium sine precipitatione sufferentia: quam si quis intellexerit & habuerit contraria uitæ grauius baiulat: omnia bona continet: sororem habet spem: quam superius comprehendit: affines experitur esse sibi res bonas omnes. Patitur enim libenter: quia sperat: & sperando tolerat. Impatienter enim fertur: quod non speratur: omni autem uirtute perfertur quod spe præuente dignoscitur. Aut si spes fructus patientiæ subsequatur: hæc matre gaudet fide: gubernaculum habet dei timorẽ: et spem ac continentiam genus et propinquitatem. Inde gloriosi dei testes efficiuntur: dum fide pleni: dum dei timore solliciti: dum continentia discipuli: dum filii spei duce sapientia reperiuntur. Deinde cohæredes Christi: dum illum usque ad mortem patientiæ uirtutibus imitantur. Inde iusti dum omnia patienter operantur. Sed iam de iusticia differamus. Est enim iusticia singularum rerum et personarum æquissima distributio: quam quis obtinens & cui quis adhærens: uitam suam dispoſite & sine turbatione conseruat: custodit in omnibus æquitatem: scit quid deo debeat: quid sanctis & cõæ qualibus reddat: quid non denegat potestatibus huius sæculi: quid sibi retineat: quid proximo competat: quid alienis concedat aut congruat. Iustum enim est deum colere: & diligere ex toto corde: et ex tota anima: et ex tota uirtute: sanctos et cõæquales honorare tributa pendere potestatibus: superbum non esse: sed magis mitẽ et humilem: proximos tanquam se diligere: alienos et inimicos nõ persequi odio: sed amare: subiectum esse prioribus uel ætate maioribus: quia et dominus noster cum esset omnium dominus: a Ioanne Baptista qui maior in natis mulierum: qui prior ab illo in natiuitate hominum erat: baptizatur: et sic impleri omnem iusticiam protestatur. Ex hac misericordia nascitur: obsequium deificum generatur. In his omnibus quisquis inuenitur: non immerito in Christo dicitur permanere: quoniam hæc omnia Christus est. Paulus gloriosus nos informat et instruit de Christo dicens: Qui est nobis a deo iusticia et iustificatio et sanctificatio & redemptio. Item alio loco: Qui est misericordia & pax et dilectio: quam græci ἀγάπη uocant ad quam nunc transitus facimus: quia in omnibus maior est. Inter cætera sic fatetur beatus Paulus. Manent autem tria hæc fides spes et dilectio: sed maior his dilectio est: ergo est dilectio uinculum animorum casta et sineera et sine æmulatione. Charitas consumatio omnium mādatorum: breuis regula omnium preceptorum: quam quis cum habuerit: omnia habet: sine hac alia omnia remanet imperfectus. Et ut cognoscat uestra prudentia quantum charitas ualeat: legimus responsum domini in euangelio dicentis: Cum enim interrogaretur sic ait. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: et ex tota anima tua: et ex tota uirtute tua: et diliges proximum tuum tanquam te. In his duobus præceptis tota lex pendet et propheta. Vides in hac sola uniuersa legis cauta pendere: uere quisquis hanc habet: iam deus et dei filius dici potest. Ex hac sola deo poterit similis esse. Considera deum qui diligit: nunquid sperat: nunquid timet: nunquid fidit: Non: sed tantum diligit. Deus inquit Paulus cum dilexisset mundum: misit unicum filium suum in similitudine carnis peccati: ut de peccato condemnaret peccatum in carne. Inde et Paulus præponit illam omnibus rebus bonis dicens: Et si locutus fuero linguis hominum et angelorum charitatem autem non habeam: nihil sum: ac si æramentum tinniens aut cymbalum concrepans. Et si habuero prophetiam et cognouero omnia mysteria et omnem scientiam: et si habuero fidem ita ut montes transferam & distribuero omnia mea in cibos pauperum: & si tradidero corpus meum ut ardeam: charitatem autem non habeam nihil sum. Charitas magnanima est: charitas benigna est: charitas non æmulatur: non cogitat malum: non gaudet super iniusticiam: gaudet autem in ueritate: omnia sustinet: omnia credit: omnia sperat: charitas nunquam excidit. Ergo qui hanc ueluti speciem uoluerit innuere: tota illa scripturæ sunt referenda: omnis aperienda lex: propheta insinuandi: omnes uirtutes Christi: actus: mandata insinuanda. Apostolorum quoque doctrina aperienda: penitus & docenda est. Et quamuis omnes quas supra tractamus species: ad plenum tractatum hominibus incõprehensibiles sint: multo tamen magis ea in qua omnes consumantur & pendunt: maxime cum Ioannes euangelista interdixerit nobis in epistola sua disputare de ea: cum illam & dei filium esse dicit & deum patrem sic docens: deus dilectio est. Si potest quis de toto deo differere: potest & de dilectione quæ deus est. Ergo si sacrilegium est de deo tantum quantum non licet disputare: tacere religiosum & alienum nõ erit: de dilectione eterni sentienda tanta sunt: quanta & de ipso deo: quoniam deus dilectio est. Unusquisque igitur se cognoscat: quia si quis in se habet dilectionem habitaculum est dei: quia deus qui dilectio est manet in illo: docet iam finem specierum in dilectionis plenitudine omnium rerum bonarum consummare: maxime cum omnia sint tractata. Aut si quid pretermisum est: in mundi plenitudine uideatur esse cõclusum. Veniam ante omnes a tua postulo sincerissima sanctitate: orans ut tua sanctitas quæ peritior in uia dei & sanctior comprobata est: in omnibus in quibus mediocritas mea uel pretermisit: uel inuenta plenius explanare non potuit: correctam reformare & supplere dignetur. Aut si probaueris: ut est a nobis opusculum cceptum te petente & deo adiuuante perfectum: non habere quod desit: in

Continentia

Patientia

Iustitia

Dilectio
Charitas

Caritas

orationibus tam tuis sanctis: quod omnium fratrum memoriā mei habeas. Ut sciant æmuli fidei meæ præstitam esse rationē: & conuenire cum ecclesia recognoscant: & magis magisterium sumant: ut non solum gratulentur nos credidisse: uerum etiam aliquantulum inimicis & credentibus profuisse.

Tractatus beati Hieronymi de essentia trinitatis & membris domini: cuius effectum subiectum indicat argumentum. Epistola Sexta.

Deum trinum in personis: inuisibilem: incorporeum: incomprehensibilem: immensum: immutabilem: simplicem: & immortalē docens infert: Cuncta quæ in scripturis uel de motibus animæ uel de humanis membris tradunt: in deo non carnaliter sed spiritualiter & figuraliter intelligenda: singulariter in membris & motibus dei in scripturis tradita: mysticum & spirituale sensum exponens.

Minipotens deus pater & filius & spiritus sanctus: unus atque trinus: unus uidelicet in natura: trinus in personis: solus inuisibilis: solus immensus atque incomprehensibilis: solus incircumscriptus: solus incorporeus & immortalis: ubique præsens sed latens: ubique totus sed immensus. Inuisibilis est: quia in essentia sua uideri non potest a apostolo testante: qui ait: Quem uidit nullus hominum: sed nec uideri potest. Et in euangelio: Deum nemo uicit unquam. Incorporeus est: quia nullis membris lineamentis compositus est siue compactus existit: sicut ueritas in euangelio dicit. Spiritus est deus: & qui adoratur eum: in spiritu & ueritate oportet adorare. Immensus est: quia quantitas eius uel qualitas a nullo mentiri potest. Cui Salomon in sua oratione supplicans ait: si cæli & cæli cælorum te non capiunt: quanto magis domus ista quam ædificauimus: Incircumscriptus est: quia circumscribi non potest. Illocalis est: quia de loco ad locum nequaquam transit: nec quolibet detinetur ipso de se per Esaiam testimonium perhibente: Cælum sedes mea est: terra scabellum pedum meorum. Et per Hieremiam: cælum & terram ego impleo: Cuius immensitate propheta in psalmis confitens ait. Si ascendero in cælum: tu illic es: & cetera. De cuius immensitate adhuc in libro Iob scriptum est: excelsum cælo est. Et unde agnoscis: Longior est terra. Immensitas eius latior est mari. Qui cælum & terram implet: proculdubio nullus locus est eius presentia absens: super omnia quippe est regendo atque imperando subitus est omnia sustinendo atque portando: non pondere laboris: sed infatigabili uirtute. Immutabilis est: quia ab eo quod est: omnino mutari non potest: ipso dicente per Malachiam prophetam. Ego dominus & non mutor. Ideo deus immutabilis dicitur: quia misericordia eius: ira: furor: poenitentia: obliuio: recordatio: & alia his similia ei non accidunt: simplex enim natura est: & immutabilis: & imperturbata neque aliud est ipse & aliud quod habet: sed ipsum est: quod habet: & quod est immortalis est: quia mori non potest a apostolo dicente: qui solus immortalitatem habet: & lucem habet inaccessibilem: quem uidit nullus homo: sed nec uideri potest. Ubicumque autem sacra scriptura sparsim per diuinos libros in deo motus animæ: seu humana membra describit. i. caput: capillos: oculos: palpebras: aures: nares: os: labia: cor: linguam: imaginem: utrum: manū dexteram: sinistram: digitos siue digitum: alas: scapulas: posteriora: pedes: Item motus animæ iram: furorem: obliuionem: poenitentiam: recordationem: & his similia: non carnaliter iuxta historiam a recte intelligentibus sumenda sunt: sicut a iudeis & plerisque hæreticis carnaliter sapientibus: qui deum corporeum atque localem opinantur: sed spiritualiter omnia de eo intelligenda & contuenda sunt. Siquis enim deo humana membra seu motus animæ: more humano inesse credit: proculdubio in corde suo idola fabricat: Cum ut dictum est: figuraliter in deo caput legimus ipsam essentiam diuinitatis eius quæ omnia precedit: & cui omnia sunt subiecta: intelligere debeamus: capillos uero capitis eius sanctos angelos seu uniuersos electos accipi oportet. De quo quidem sacramento in libro Danielis scriptum est: aspicebā donec throni positi sunt: & antiquus diebus sedit: uestimentum eius quasi nix candidum: & capilli capitis eius quasi lana munda. Hoc enim significat per uestimenta candida dei: quod & per capillos capitis sui: eius sanctos uidelicet angelos & multitudinem sanctorum dealbatorum. Vel certe ideo capilli eius lanæ mundæ comparantur: ut per hoc antiquus dierum credatur esse. Oculos deus dicitur habere: pro eo quod omnia uidet & nihil eum latet. In cuius conspectu ait apostolus: nulla creatura inuisibilis est: omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius. Aliter enim oculi respectu gratiæ eius intelliguntur: ut est illud in psalmo: preceptum domini lucidum illuminans oculos: palpebræ domini occulta & incomprehensibilia iudicii sui spiritualis in diuinis libris eius insinuantur: de quibus occultis & incomprehensibilibus sacramentis atque iudiciis in psalmo legitur: palpebræ eius interrogant filios hominum. i. probant. Aures dicitur habere dominus propterea: quia omnia audit. Nihil eum sub silentio latet: de quo in libro sapientiæ dicitur: Auris cæli audit omnia: & tumultus murmurationum non absconditur. Nares dei inspiratio eius in corde fidelium: ut est illud in libro regum. Ascendit fumus de naribus eius. i. lachrymosa compunctio poenitentium inspiratione eius. Facies dei cognitio ueritatis: seu cognitio diuinitatis eius ad homines: de qua cognitione in psalmo scriptum est: Ostende nobis domine faciem tuam: hoc est dona nobis cognitionem tuam: quæ cognitio per filium omnibus hominibus innotuit: ipso dicente in euangelio: Nemo nouit patrem nisi filius: & cui uoluerit filius reuelare. Aliter uero facies dei significat inuisibilem essentiam diuinitatis filii dei: de qua ipse dominus ad Moysen per ipsum angelum respondit: posteriora mea uidebis: faciem autem meam uidere non poteris: Os uero dei filius dei patris. i. Christus dominus: de quo Esaias propheta ex iudeorum persona affatus ait: Quia os eius ad iracundiam uocamus: aliter uero os domini sermo eius siue uisio accipitur de quo sermone dei predictus propheta ait: Os domini locutum est: hoc est uerbum filius dei patris: per quod omnia facta sunt: de quo in psalmo dicitur: Verbo domini cæli firmati sunt. Et alibi. Misit uerbum suum: & saturauit eos. Et in euangelio. In principio erat uerbum. Lingua domini mystice significat spiritum sanctum: per quod deus pater secretum suum manifestauit hominibus: unde in psalmo: lingua mea calamus scribe uelociter scribentis. Labia dei mystice utriusque testamenti consonantia intelliguntur: de quibus duobus testamentis in uerbiis dicitur. Et diuinitas in labiis eius: in iudicio non errauit os eius. Brachium uel brachia dei patris filius